

Matt. 9. 34. Hic non eicit Demones, nisi in Beelzebub principe Demoniorum. Et Marci 3. 22. Lucae 11. 15. Et Joan. 7. 13. dicebant, seducit turbas. Græcè, illudit, & in errorem inducit tanquam magus. Et nec mortuo parcentes dixerunt Pilato Matt. 27. 63. Seductor ille dixit adhuc vivens: proprie ex Græco, ille fallax impostor, & insigni versutiâ ad illudendum præditus. Quo errore deceptus Alexander Imperator, Apollonium incantatorem, & Christum D. æquali honore afficiebat, cum utriusque imagines, referente Lampridio, in publico collocavit.

Divinus ac beneficium incantator est translato. Pl. 57. 7. 367 Jam ergo, amoto hoc obstaculo, probemus, Christum esse divinum, ac beneficium incantatorem. Sic illum appellat pius Cantor Pl. 57. 7. invehens in venenosissima, & obdurata peccatorum corda; quæ nec Christi suavi melodiâ, & arte mansuecunt, nec venena deponunt. Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis furdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Ex interpretatione enim Arnobii, Lombardi, Alcuini, Jacobi de Valencia, Hugonis, Ludolphi, Dionysii, & aliorum, appellatur hic Christus Veneficus incantans sapienter: id est, doctè ac scienter, juxta divinæ artis præcepta, & carmina. Nebricentis effert: Nec audiat incantatoris callidi incantationes. Chaldæus; Non admittit verba incantatoris: instar aspidis furdæ, quæ alteram aurem terræ affigit, alteram caudâ obstruit. S. Hieron. ex Hebræo legit: Incantans incantationes callidas. Vel ipsos etiam incantatores, & incantamenta incantabat Christus Dominus; ut patet in expulsiōne Dæmonum ex corporibus eorum, quos incantatos diabolus possidebat furdos, & mutos: & ex conversione Magdalene incantatæ à septem dæmonibus, & vitiorum universitate, quæ ex corpore, & anima illius noster divinus incantator ejecit; nec non ex tribus Regibus incunabula Jesu recens nati adorantibus, quos multi Patres arbitrantur maleficos fuisse, & præstigiis operibus Dæmonis arte faciendis mancipatos. Sic Christus incantavit incantatores, & incantationes callidas. Quod referunt sacri expositores illud Isaie oraculum c. 11. 8. Et delebitur infans ab ubere super foramina aspidis, & in caverna reguli. Nam ex Magis Regibus, qui Dæmoniorum, & veneficiorum erant domicilia, ea expulit infans Jesus cantu, & vagitu suo, & suavi harmoniâ divinæ humanæque naturæ.

Chaldæ. S. Hieron. Hic non eicit Demones, nisi in Beelzebub principe Demoniorum. Et Marci 3. 22. Lucae 11. 15. Et Joan. 7. 13. dicebant, seducit turbas. Græcè, illudit, & in errorem inducit tanquam magus. Et nec mortuo parcentes dixerunt Pilato Matt. 27. 63. Seductor ille dixit adhuc vivens: proprie ex Græco, ille fallax impostor, & insigni versutiâ ad illudendum præditus. Quo errore deceptus Alexander Imperator, Apollonium incantatorem, & Christum D. æquali honore afficiebat, cum utriusque imagines, referente Lampridio, in publico collocavit.

368 Sed adhuc expendas, quomodo hujus novi cantus, sive incantationis novæ vires divinissimas celebret idem Vates capite eodem, ubi propheticè agit de Christi Jesu ortu, & ejus fortunato, atque sempiterno imperio: ut verò explicet, quanta futura sit peccatorum conversio sub illius exemplo, & doctrina, subtexit v. 6. Habitabit lupus cum agno; & pardus cum bædo accubabit. Vitulus & leo & ovis simul morabuntur, & Puer parvulus minabit eos. Forerius ex Hebræo legit: Et Puer parvulus pastor inter eos; musicæ dulcedine eos cicurans, & incantans, id est, ex improbis hominibus in bonos transmutans: illos enim, quos idololatria, & alia vitiorum capita coinquinarunt, lupos, pardos, vitulos, & leones Isaïas nominat; ut constat ex multis Patribus, quos refert in sua Catena Leo Castrius. Etenim voluptates, atque libidines eam vim habent, ut veluti quædam incantatrices variis be-

stiarum formis homines induant miserâ metamorphosi. Ut patet in Nabuchodonosore Dan. 4. qui ob morum improbitatem in brutorum, & monstrorum numerum transiit; & in statu belluino septem mensibus, aut septem annis (ut alii volunt) versatus est. Quod ita explicant S. Dorotheus in synopsis, S. Epiphanius in vita Danielis, & alii; ut quoad externam figuram sic conformaretur, ut anteriori parte speciem bovis gereret, posteriori verò leonis; quo portenderetur, eum Regem priori ætate fuisse delicias, ventri, ac libidini deditum; posteriore autem crudelitati, cædibus, & rapinis. Sic etiam vitia alia homines (cuius lineamenta hominum retineant) in feras, brutaque alia transmutant, quasi alterum Nabuchodonosorem, incantationibus suis. Osee 4. 17. Particeps idolorum Ephraim; proprie ex Hebræo, incantatus simulachris. Idem dixeris de iniquitatibus aliis, quæ idola solent in sacro sermone nuncupari. Homines ergo, qui peccando in bruta, & feras degeneraverant, unus Puer Jesus cantu suo, divinæque melodia mansuefecit, cicuravit, incantavit incantans incantationes Dæmonis callidas, easque omnino dissolvens. Rectissime subinde Clemens Alexand. in exhort. ad Gentes, expulsi fabulosis illis Orpheis, & Amphionibus: Non talis est meus cantor: solus quidem ex iis, qui unquam fuerunt, difficillimas feras, homines mansuefecit. Nam sævos ut leones ad mansuetudinem; fallaces ut vulpes ad sinceritatem; obscenos ut fures ad continentiam; & sic alios aliis vitiis propensos ad alias virtutes illis vitiis contrarias revocavit.

369 Hinc Christiana Ecclesia appellatur à Davide Pl. 121. 3. Civitas incantata. Preme verba: Jerusalem, quæ adificatur ut civitas, cuius participatio ejus in id ipsum. Hoc posterius hemistichium variè redditur à variis. Vatablus, Chaldæus, & Episcopus Neviensis, ita: Quæ adificata est ut sit civitas, in qua simul consocientur, & conveniant. Flaminius, Pagninus, Genebrar. & Forsterus; Adificatur ut civitas, quæ consociata est, conjuncta, & adunata sibi ipsi pariter. Cæterum ex meritis vocis Hebræicæ possumus convertere: Jerusalem, quæ adificatur ut civitas, quæ in sum sibi commodum tota est pariter INCANTATA. Nam radix, unde omnes istæ translationes pullularunt, valet convenire, conspirare, conjungi, consociari, nec non incantari. Traducitur autem verbo incantandi à Vulgato, Deuter. 18. 11. Pl. 57. 6. Isaï. 47. 9. & 12. Quare verò incantandi significatio associandi verbo tribuatur, explicat Oleaster Deut. 18. quia incantatio multis rebus collatis fiebat. R. David & Forsterus; quia incantatione efficiebatur, ut multa adessent simul congregata, & quasi conjuncta. Mercerus in Annotat. in Thesau. Pagnini; quia noxia res incantatione admovebatur, ac veluti associabatur, ut noceret. Mihi verò alia ratio magis arridet; nempe quia societas, conjunctio, atque concordia multorum perinde atque incantatio quædam efficit, neque à serpentibus ipsi lædi queant participes societatis; quin potius ea præstat, quæ sint admirationi, & stupori. Unde Proverb. 21. 9. Melius est sedere in angulo domatis, quam habitare cum muliere livigiosa in domo communi. id est, præstat habitare sub dio, etiam cum labore, & discrimine corporalis ruinæ, quam cum muliere rixosa in domo societatis, ut Hebræicè legitur. Doctores Hebræorum David, & Emanuel

stiarum formis homines induant miserâ metamorphosi. Ut patet in Nabuchodonosore Dan. 4. qui ob morum improbitatem in brutorum, & monstrorum numerum transiit; & in statu belluino septem mensibus, aut septem annis (ut alii volunt) versatus est. Quod ita explicant S. Dorotheus in synopsis, S. Epiphanius in vita Danielis, & alii; ut quoad externam figuram sic conformaretur, ut anteriori parte speciem bovis gereret, posteriori verò leonis; quo portenderetur, eum Regem priori ætate fuisse delicias, ventri, ac libidini deditum; posteriore autem crudelitati, cædibus, & rapinis. Sic etiam vitia alia homines (cuius lineamenta hominum retineant) in feras, brutaque alia transmutant, quasi alterum Nabuchodonosorem, incantationibus suis. Osee 4. 17. Particeps idolorum Ephraim; proprie ex Hebræo, incantatus simulachris. Idem dixeris de iniquitatibus aliis, quæ idola solent in sacro sermone nuncupari. Homines ergo, qui peccando in bruta, & feras degeneraverant, unus Puer Jesus cantu suo, divinæque melodia mansuefecit, cicuravit, incantavit incantans incantationes Dæmonis callidas, easque omnino dissolvens. Rectissime subinde Clemens Alexand. in exhort. ad Gentes, expulsi fabulosis illis Orpheis, & Amphionibus: Non talis est meus cantor: solus quidem ex iis, qui unquam fuerunt, difficillimas feras, homines mansuefecit. Nam sævos ut leones ad mansuetudinem; fallaces ut vulpes ad sinceritatem; obscenos ut fures ad continentiam; & sic alios aliis vitiis propensos ad alias virtutes illis vitiis contrarias revocavit.

369 Hinc Christiana Ecclesia appellatur à Davide Pl. 121. 3. Civitas incantata. Preme verba: Jerusalem, quæ adificatur ut civitas, cuius participatio ejus in id ipsum. Hoc posterius hemistichium variè redditur à variis. Vatablus, Chaldæus, & Episcopus Neviensis, ita: Quæ adificata est ut sit civitas, in qua simul consocientur, & conveniant. Flaminius, Pagninus, Genebrar. & Forsterus; Adificatur ut civitas, quæ consociata est, conjuncta, & adunata sibi ipsi pariter. Cæterum ex meritis vocis Hebræicæ possumus convertere: Jerusalem, quæ adificatur ut civitas, quæ in sum sibi commodum tota est pariter INCANTATA. Nam radix, unde omnes istæ translationes pullularunt, valet convenire, conspirare, conjungi, consociari, nec non incantari. Traducitur autem verbo incantandi à Vulgato, Deuter. 18. 11. Pl. 57. 6. Isaï. 47. 9. & 12. Quare verò incantandi significatio associandi verbo tribuatur, explicat Oleaster Deut. 18. quia incantatio multis rebus collatis fiebat. R. David & Forsterus; quia incantatione efficiebatur, ut multa adessent simul congregata, & quasi conjuncta. Mercerus in Annotat. in Thesau. Pagnini; quia noxia res incantatione admovebatur, ac veluti associabatur, ut noceret. Mihi verò alia ratio magis arridet; nempe quia societas, conjunctio, atque concordia multorum perinde atque incantatio quædam efficit, neque à serpentibus ipsi lædi queant participes societatis; quin potius ea præstat, quæ sint admirationi, & stupori. Unde Proverb. 21. 9. Melius est sedere in angulo domatis, quam habitare cum muliere livigiosa in domo communi. id est, præstat habitare sub dio, etiam cum labore, & discrimine corporalis ruinæ, quam cum muliere rixosa in domo societatis, ut Hebræicè legitur. Doctores Hebræorum David, & Emanuel

Concordia & incantatio idem sunt.

Concordia & incantatio idem sunt.

Emanuel vertunt, in domo incantationis: hoc est, in domo ampla, & spaciōsa, in qua simul alii focii inhabitant; in domo mirabili & munita, quales incantatæ domus existimantur; quod Societatis domus sit, ac proinde incantationis, sive incantata. Unde etiam focii dicuntur incantatores Job 40. 25. Nunquid coincident eum amici? Hebræicè apud Pagnini in Thesaurō: incantatores, à verbo habar, quod & jungere, fœderare, copulari significat, & incantare. Quasi focii per societatem, & concordiam incantatores, sive incantati sint, & se mirabiles, ac formidabiles reddant. Ecclesia igitur dicitur tota pariter incantata,

quia consociata est, & adunata sibi ipsi pariter Christo Domino, qui cantu suo eam incantavit, dum inhabitare facit unius moris in domo (Pl. 67. 6.) id est, summa concordia unanimes. Symmachus legit, Monachos. Quinta editio singularis vitæ homines. S. Hieron. solitarius S. Augustinus modus. Quod nonnulli ad Religiosæ vitæ statum referunt: Ecclesia enim Religiosa civitas præsertim est incantata; ubi Jesus se mirabilem ostendit incantatorem; dum viros Religiosos, adeo unanimes habitare facit, ut quasi incantati inexpugnabiles reddantur. Ecce tibi quod spectet harmonicum Dominicæ Incarnationis opus.



TRACTATUS

Textum singulariter illustrans

DE VIRGINIS MAGNÆ MATRIS

Immunitate ab Originali contagio.

Ad illa verba: Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.

ANTELÓQUIUM.



OST tantorum virorum tantoperè elaboratas lucubrationes, omni conditionis, & pietatis gazâ plenas, quæ Deiparam Mariam immunem prorsus ab hæreditaria peccati originarii macula probant, ac deprædicant: accedo egenus atque tantillus ego, timidè porrò, & verecundè. Accedo, etsi novus, & rudis, non tamen inopportunos atleta; cum Siracidis Textum premamus, & elucidemus, unde magna Marianæ immunitati lux affunditur; in quam obiter, ac veluti per transfennam, Scriptores pauci digitum intenderunt. Conabor in re Virginæ Conceptionis, non actum agere, sed vel prætermissa, accuratè expendere; vel leviter attracta noviter amplificare, & illustrare, pro nostro in Matrem Virginem studio, perpetuò sanctam atque impollutam. Nitar quoque, non concionatorio, aut oratorio dumtaxat stylo agere; sed expositivo, sed valido, sed robusto, in quo nec pulchritudo, nec formositas desiderentur.

Et quidem, cum præfixa Ecclesiastici verba enucleata à nobis fuerint de Christo Domino & quâ Deus, & quâ Homo est; de ejus nempe tum sempiterna, tum temporanea generatione, utraque mirabili, utraque ineffabili; ac proinde longè præstantiora videantur, quàm ut possint ad amissim in Deiparam cadere, physicamque illius Conceptionem ex fœmina, communemque ex viro generationem; operæ pretium duximus, hunc Tractatum in duas potissimum dissecare partes, quarum prima Hæreses, & errores, sive antiquos, sive recentes, Conceptioni purissimæ Desgenitricis Mariæ officientes, sacro arcebit adyto; nec non Catholicum dogma constituet, quod solidum universæ fabricæ jaciât fundamentum; videlicet Matrem Virginem ex Adamo, Abraham, Davide, cæterisque nobilissimis proavis in Evangelica Genealogia commemoratis, communi Patris Matrisque generatione, & conceptione fuisse procreatam. Secunda verò subinde inoffenso percurrat pede ad enucleationem, & illustrationem variam, solidam, & amœnam illorum verborum: Ego ex ore Altissimi prodivi, &c. pro immaculato Virginis Conceptu.

P. Ildeph. de Flores in Eccles. I 3 PARS